

בָּהַנּוֹא

**N**on immeritò quæsierit aliquis, an de rebus Mathematicis disputare liceat, cum Philosophus lib. I. Eth. Tricōm. c. 3. dicat, ὅτι τὸν πρᾶγματος Φαινόμενον μαθηματικὸν περὶ πλανητῶν φύσις ἀποδεχεται, καὶ ψηφισμάτων διπολεῖξες ἀπαιτεῖ. Nos tamen non dubitamus, quin de rebus etiam Mathematicis disputari possit, si non ἀναλυτικῶς, tamēn λογικῶς, vel σοφιστικῶς, vel ψευδοχρεαφικῶς: ut ex exemplis apud Aristotelem passim occurrentibus videre est.

Producimus itaque cum bono Deo in theatrum dis putatorium hanc Decadem problematum Mathematicorum, quorum priora duo pertinent ad αὐτεωρίαν Mathe seos in genere, reliqua à disciplinis ipsis nomina peculia ria sibi vendicant.

*I. Probl. Generale.*

An Mathematicorum principia recte dicuntur Hypotheses?

**D**ubium sanè hoc videri possit, cum principia cuiusq; scientiae debeant esse necessaria, minimeq; dubia aut pendentia ab arbitrio hominis. Verum existimandum est, non absq; gravissimis causis principiis istis nomens hypothesis ab artificibus inditum fuisse. Dicuntur enim sic partim ratione Mutationis, quod in altioribus scientiis de mon-